

The Electronic Manipulus florum  
[www.manipulusflorum.com](http://www.manipulusflorum.com)

Prosperitas an  
cum fonte primo

Neminem eo fortuna prouexit ut non  
tantum minaretur illi, quantum  
permiserat.

Seneca XXIIII. epistola.

De Pompei capite pupillus et spado  
tulere sententiam, de Crasso crudelis et  
insolens Parthus; Gaius Caesar iussit  
Lepidum Dextro tribuno praebere  
cervicem, ipse Chaereae praestitit;  
neminem eo fortuna provexit ut non  
tantum illi minaretur quantum  
permiserat.

Lucius Annaeus Seneca, *Ad Lucilium  
epistulae morales*, 4, 7 (L. Reynolds ed.,  
vol.1, p.6, ll.25-29).